

phoenice. Et cyprini laudem ægypto reliquit. Panathenicū suum Athenæ perseveranter optinuerit. Fauerat & pardaliū in tharso cuius etiam cōpositio & mixtura oblitterata est. Narcissinū quoq; ex flore narcissi desit cōponi. Rō faciendi duplex: succus & corpus. Illæ olei generibus fere cōstat: hoc odore. Hæc Stymmata uocant: illa hedyfmata. Tertius inter hæc est colos a multis neglectus. Huius cā addūtur cinabari & anchusa. Sal aspersus olei naturā cohercet. Quibus anchusa adiecta est sal nō addit. Resina aut gūmi adiciunt ad continendū odorem in corpore. Celerrime is euanescit atq; defluit si nō sit hæc addita. Vnguentoq; expeditissimū fuit: primūq; ut uerisimile est ebrio & balanino oleo de quibus supradiximus. Increuit deinde mendesiū. Balanino resina mixta: magisq; etiam nū metopio. Oleū hoc est amygdalis amaris expressum in ægypto. Cui addidere omphaciū: cardamomū: iuncū: calamū: mel uinum: myrrham: semē balsami: galbanū: resinam therebinthinam. Et e uilissimis quidē hodie ē: ob id credi tñ & id in uetustissimis esse: quod cōstat oleo myrteo: calamo: cupressō: cypro: lētisco: malograna ti cortice. Sed diuulgata maxime unguēta crediderim rosa: q̄ plurima ubiq; gignit itaq; simplicissima rhodini mixtura dū fuit additis omphacio: flore rosa: crocino: cinabari: calamo: melle iunco: salis flore: aut anchusa: uino. Similis ratio & in crocino additis cinabari: anchusa: uino. Similis & in sansucino ad admixtis omphacio: calamo. Optimū hoc i cypro & mytlenis: ubi plurima sansucus. Miscēt & uiliora genera olei myrto lauro: quibus addit sansucinū: liliū: scenogræcū: myrta: casia: nardū: iūcus: cynamomu. E malis quoq; cotoneis & struteis fit oleū (ut diximus) melinum: quod in unguenta transit ad mixtis omphacio: cyprino: sesamino: balsamo: iunco: casia: ambrotano. Susinū tenuissimū omniū est. Constat ex liliis: balano: calamo: mellæ: cinamomo: croco: myrrha: aspalato. Et idē cyprinū ex cypro: & omphacio: & cardamomo: calamo: aspalatho: ambrotano. Aliqui & in cyprinū addūt myrrham & panacem. Hoc optimū sidone: mox ægypto: si non addat sesaminū oleū. Durat & quadriennio. Excitat cinamomo. Tetinū fit ex oleo recenti. cypero: calamo melliloto: scenogræco: melle: mello: oraro: orna cro. Hoc erat celeberrimū menandri poetæ comici ætate. Postea multo successit propter gloriā appellatū megaliū ex oleo balanino: balsamo: calamo: iunco: xylobalsamo: casia resina. Huius pprietas ut uetile in coquendo donec desinat olere. Rursus refrigeratū odorem suū capit. Singuli quoq; succi nobilia unguenta faciūt: In primis: malobathrū: postea iris illyrica: & cyzicena amaracus. Herbari i utraq; pauca iis & alia aliis miscēt. Qui plurima alterutri mel: salis florem: omphaciū angnifoliā panacem. E externa oia. Et prodigiosa cynamomo prætia. Adiciūt cynamomo balaninū oleū xylobalsamū: calamus: iuncus: balsami femina: myrrha: mel odoratū. Vnguentoq; hoc crassimū. Præcia ei a denariis .xxxv. ad. cccx. Nardinū siue foliatū constat omphatio: balanino: iunco: costonardo: amomo: myrrha: balsamo. In hoc genere conueniet meminisse herbarū: quæ nardū indicū imitent species nouem a nobis esse dictas: tanta materia adulterandi est. Omnia at acutiora fiūt costo: amomo quæ maxime nares ferunt. Crassiora myrrha suauioraq;. Medicinæ at ueteriora croco. A cerrima per se amomo. Hoc & capitis dolores facit. Quidā satis habent aspergere quæ sunt præciolissima: cæteris decoctis ipendio partentes: sed non eadem est uis: nisi una decoctis. Myrrha & per se unguentū facit sine oleo: stacte duntaxat: alioquin nimia amaritudinē affert. Cyprino uiride fit susino unguinosum: mendesio nigrū: rhodino candidū myrrh pallidū. Hæc sunt antiquæ inuentionis genera: & postea officinæ furta. Nunc dicetur cumulus iste deliciarum & summa auctoritas rei.

Maro
Amaraco

Acnopolum sed
alie alii

meta. d. A
mam. d. q.

Quod unguentum regale uocetur: & quæ diapasmata: & qualiter.

Cap. ii.

Ergo regale unguentū appellatū: quod parthorū regibus ita tēperat. Constat mirobalano: costo: amomo: cinnamomo: comaco: cardamomo: nardi: spica: maro: myrrha: casia: strace: ladano: opobalsamo: calamo: iuncoq; syrio: oenāte: malobathro: sericato: cypro: aspalatho: panace: croco. cyprio: amaraco: collato melle: uino. Nihil eius rei cā i italia uictrice oium: in europa ue tota præter irin illyricā & nardū gallicū gignit. Nam uinū & rosæ & myrti folia oleumq; cōmunia fere omniū terrarū intelligunt. Siccis odoribus cōstant quæ diapasmata uocant. Nā feces unguenti magmata appellant. Inter oēs potentissimus odor q̄squis nouissime addit. Vnguenta optime seruant in alabastris. Odores in oleo. Quod diurnitati eorū tanto utilius est: q̄to pinguius: ut ex amygdalis. Et ipsa unguēta uetustate meliora. Sōl inimicus iis. Quamobrem in umbra coquunt plumbeis uasis. Experimentum eorum in uersa manu capitur: ne carnosæ partis calore uitietur.

Quanta in unguentis luxuria: & quando primum romanis in usu.

Cap. iii.

Hæc est materia luxus e cūctis maxime superuacui. Margaritæ. n. gēma: q; ad hæredē tamen transeūt. Vestes plongant tēpus. Vnguenta illico expirant: ac suis moriunt horis. Sūma cōmendatio eorū: ut transeūte sceminā odor inuitet etiā aliud agentē excedūtq; quadragēos denarios libræ. Tantū emitur uoluptas aliena: Etenim odorē q̄ gent ipse nō sentit. Sed & hæc aliqua differētia signāda sunt. In. M. Ciceronis monumētis inuenitur unguēta gratiora esse quæ terram: quam quæ crocum sapiant quando etiā corruptissimo in genere. Magis tamen iuuat quædam ipsius uitii seueritas. Sed quosdam crassitudo maxime delectat. id ipsum approbantes. Linique iam nō